

2998 [= 5292] Anxani in turri ecclesiae cathedralis; subscriptum est inter alia: 'civis Oliverus vates invenit (ab annis mille dei centum quinque decem quoque bis nescit hunc civis) qui rus ex urbe latentem transtulit ad Iustae parva sacella dicans; Alfonsus Belmontis iussit in urbe reponi praetor, quem genuit regia Parthenope.' Unde apparet titulum a. 1520 repertum esse Anxani intra muros ab Oliverio poeta Anxanensi eiusque cura Anxano ad S. Iustam (in colle Castellare primo ab Anxano lapide) translatum indeque postea a Belmontio Anxanum reductum esse. Quare quod vetus Anxanum ad S. Iustam fuisse vulgo tradunt, certe ex loco, quo haec inscriptio inventa est, minime efficitur. — Sine loco ACC.

in honorem
 provinciae nominatorum collegiorum
 5 i. s. s

VG · ANXIANO ADSTANTE ORDINE
 RIBVS · AVTONIVS IVSTINIANVS RECTOR
 TAM DECVRIONVM QVAM ETIAM COLLEGIA
 MNIVM PVBLICE INCIDI PRAECEPI VT

VCVNDVS FAVSTINVS SALVTARI
 ISCOLIVS CVM FF PRIMVS CVM FF s LEO
 IX PROCVLO ET
 ISCOLIVS HERCLANIO YPPASIVS
 10 RVS CVM FF SATVRNINVS CVM FF PROBVS
 NO MARCALLINVS
 VICTIVS
 FAV
 E
 15 EPO
 FIVS

Descripsi ego, recognovit et emendavit Dressel. Accursius ms. O. 125 fasc. LXVI; M. H. Maza apud Mur. ms. 21, 231; Pollidorus ms. f. 126 et apud Mur. 566, 4, qui item citat schedas Ambrosianas; Antinori apud Mur. ms. 18, 224 et apud Mazochium ms. et *antich. Frent.* 1, 91; Bucachius ms. vol. I; Romanelli *scov. Frent.* 2, 96.

Quaedam elementa in ipso lapide expleta sunt, ut 2 in. TRIBVS, III, 14 ER. — 2 AVTONIVS lapis. — 3 in. lineola paulum inclinata est, quamquam vix fuit A' Dressel, A Acc., i ego. Supplementum quod requiritur ducit ad A. — I, 7 et 9 |SCOLIVS, 11 |NO Dressel. — III, 12 VICTIVS deficientibus quattuor fere litteris lapis. — Pollidorus proponit confusam cum falsa n. 294* et corruptam.

In matricula circitorum domus Augustae, quam ex Nicodemi historia Tiburtina p. 89 nuper mecum communicavit Hermannus Dessau, ad singulos adscribitur aut 'sine filiis' aut si habent, ad hoc exemplum: 'Ursus circit(or) hab(ens) fil(i)os III, Leontium adscrescentem et puellas II'. Adscrescentes, id est iure hereditario collegio adscripti, noti ex codice Theodosiano, omnino hic quoque intelleguntur.

3001 pulchris litteris. Fossaceae in monasterio S. Iohannis in Venere.

HVIC DECVRIONES
 LOCVM · SEPVLTURAE
 et statum equestREM · DECREVERUNT

Caraba ann. inst. 1854 p. 27.

3002 nel territorio di S. Maria de' Mesi a. 1789 BVC.

qui QUARTUM
 DIO · C
 O · VIX

Bucachius ms. vol. IX.

2999 [= 5293] nuper rep. prope Anxanum, extat in ecclesia pontis latere dextro atrii ANT.; rep. in colle dicto Castellare ROM.; quo loco reperta sit, non tradit BVCACHIVS. Nunc in domo de Giorgio.

BENEICIARIO · TRIBVNI · COHOR · V · PR
 C · ATTIO · C · F · ARN · CRESCENTI
 AED · ANXANI · ET · CLVVIS · AED · HH · VIR · I · D

Descripsi ego, recognovit Dressel. Antinori *ant. Frent.* 1, 79; Bucachius ms. vol. I; Romanelli *scov. Frent.* 2, 100; Amati cod. Vat. 9776. Henzen n. 5178 ex ed. 1.

Supra num integra sit, dubitat Dressel. — 2 BENNACIARIO priores omnes.

Cluviae praeterea nominantur apud Livium 9, 31: in Samnio Cluviani praesidium Romanum ... in deditionem acceperant Samnites ... nihil antiquius oppugnatione Cluviana ratus; apud Tacitum hist. 4, 5: Helvidius Priscus regione Italiae Carecina (cf. p. 257) e municipio Cluviis (cod. cluuios, sed s deletum); in libro coloniarum p. 260 in Samnio: Clibes: ager eius lege Iulia est adsignatus: finitur sicut ager Bobianus. Ubi fuerint, adhuc ignoratur; falsarii ficta tegula n. 307* collocaverunt ad S. Mariae in Baro tertio ab Anxano lapide.

3000 [= 5294] in limine inferiore ecclesiae S. Iohannis in Venere, quae est IV lap. ab Anxano.

RIO · P · F · PRA
 S CAESARIS · G
 III · VIR · QVINQ · TR
 TORI · AVGVSTO · P

Ex Brunetti marmoribus Aprutinis ms. schedae Antinorianae.

3003 Anxani apud me BVC.

Q · FL
 EV
 SE

Bucachius ms. vol. I.

3004 [= 5296. 5966] rep. m. Maio a. 1750 in villa S. Mariae Imbaro in dioecesi Anxanensi ANTINORI (apud Gorium et Mazochium); similiter GVALT. In museo Aquilano LVP. et POSTERIORES, sed hodie imminuta.

D M
 FLAVIA COMICE FECIT
 L · CAESIO · METR · O · D · O · R · O
 CONIVGI · BENE · M · E · R · E · N · T · I · E · T
 5 CAESIA · METRODORA · FILIA · E · T
 L · CAESIVS · METRODORVS · E · T · L · CAESIVS
 PROBVS · FILI · FECERVNT · PATRI · DVLCISSIMO
 ET · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE
 POSTERISQVE EORVM · H · M · D · M · A

Descripsi partem; recognoverunt quae supersunt Nissen et Dressel. Ant. Antinorius misit per

Franciscum Vettorium Gorio 5 Sept. 1750 (cod. Maruc. A. 213; symb. dec. II vol. 2 p. 148) et A. S. Mazochio ms. posuitque in antiq. *Frentanis* 1, 489 et in historia Anxanensi ms. (inde excerpit Antonius Maranca in hist. Anxanensi ms., unde ed. Guarini comm. XIII parte 2 p. 54, comm. XX p. 29); ab eodem Bucachius ms. neque aliunde opinor Gualtierius cod. Vat. 9144 f. 83. Ex lapide Lupacchini cod. Neap. f. 47 et Mozzettius in schedis Aquilanis.

Quae inclinatis exhibentur servavit Antinorius. — 2 FLAVI ego et Mozz., *LA* Dressel. — 3 L · CAE ego et Mozz., L · CA Dressel. — 9 H · M · C · M · A Gori, H · M · I · A · M Mazoch., H · M · D · M · A Mozz.

3005 nel territorio di S. Amato l' a. 1792 BVC.

D M
 FLAVIAE
 THALINAE
 C · FLAVIVS
 5 SABINIANVS
 COIVGI
 CARISSIMAE Bucachius ms.
 B · M · F vol. IX.

3006 [= 5297] rep. ad fauces fl. Sangri ubi creditur fuisse Vicus Veneris BVC. ROM.; extat Anxani penes dominos de Giorgio.

M
 I · MARTINA ·
 CONSERVO BONO
 QVI · VIXSIT · AN ·
 5 MECVM · XXXV · B · M ·

Descripsi ego, recognovit Dressel. Bucachius ms. vol. I; Romanelli *scov. Fr.* I, 343, topogr. III, 54.